

THRENODIAE

IN LVCTVOSVM

ET PRÆMATVRVM SED BEA-
TV M OBIT VM CLARISSIMI ET

Consultissimi Viri D. MICHAELIS STROMERI

I. V. D. & Iudicij provincialis quod est Ienæ

Thuringorum, Advocati solertissi-
mi & integerrimi.

*Qui die 5. Aprilis piè placideq; deceſſit, &
ingens ſui dederium maſtiffimis Parentibus,
uxori, cognatis & amicis omni-
bus reliquit.*

Scriptæ, ut eſſent honori defuncto &
viventibus ſolatio.



JENÆ

Ex Officina Tobia Steinmanni,

Anno M. D. CIII.

THEATRUM ODIACI

IN LIBRACI TAVOSA M

ET PRACTICAM TAVRAM SED BIEA
TVM OBIITAM CIVARRISI ET

Contraq[ue]ntiam L[et]t[er]a D[omi]ni M[ar]th[ia]n[us] St[ep]hen[us]

F[ab]r[ic]io A[ndrea] D[omi]ni 1598

Primum editio A[ndrea] D[omi]ni 1598

Secunda editio 1600

Q[uod] u[er]o e[st] o[ste]n[t] i[n] p[re]l[im]in[ari]o?

U[er]o q[uod] i[n] p[re]l[im]in[ari]o i[n] d[omi]ni 1598

U[er]o q[uod] i[n] p[re]l[im]in[ari]o i[n] d[omi]ni 1598

U[er]o q[uod] i[n] p[re]l[im]in[ari]o

Scripsi, ut esset ponit p[re]l[im]in[ari]o

Vivisq[ue] p[ro]fessio



FA[MI]LIA

Ex Officina Typis Johannis Schmidauer

Anno M[ar]th[ia]n[us] St[ep]hen[us] 1598

H quid amicorum mihi præstantissime rumpis
Stamina! non fasis currere longa queror.
Cui pietas, cui prisca fides, cuiq; integer ævi
Sanguis, & augusto corpore forma, decus,
Ac laudandarum præclara peritia rerum
Debuerant Pylios adnumerare dies;
Occidis ab verno quo rident omnia flore.
Flaccescens tristi contumularis humo.
Heu, dignus sucras longe uam ducere vitam,
Et sero latos claudere fine dics.
Te coniux tua chara, senis te cana parentis
Tempora perfugium præsidiumq; vocant.
Federe amicitia iuncti te voce requirunt,
Et lachrymis rorant funera mæsta suis:
Nil iuvat, ab frustra nil proficiens perdunt
Verba, movent nulla fat a severa preces.
Sed quia fatorum cursus, quæ tempora vite
Mensurant, patrio solvit amore Deus,
Indignum terrâ, dignum magis aethere duxit,
Ut vita in celo ver melioris agas;
Ergo habuit mortem tua candida vita secundam;
Eventus sequitur candida facta bonus.
Spiritus ante Deum iam gaudet in aethere, vernat
Ver ubi perpetuis flore perenne ingis.
Sic superes celo felix! Etiam sua cuig,
(Fausta siet:) quate, meta, sequemur, erit.

Script.
a M. Henrico Hollchero Facult.
Phil. p.t. Decano,

II.

V Ere novo flores cum iam nascuntur in agris,
 Humanas moncor, prob, renovare vices.
 Nec mirum: nobis quia pagina sacra recenset,
 Florem hominemq; pari conditio premi.
 Ille viret primo ramis in Vere tenellis;
 In lucem membris mollibus intrat homo.
 Inde rubet, folijs vel candidioribus albet,
 Floris & in formâ suâ rubentis adest.
 Candidior membris hominis lucescit imago,
 Cum viret intonsis prima iuventa genis.
 Flos estate suo media viduatus honore
 Decidit, & subito desinit esse super.
 Actate in mediâ mortalia corpora vita
 Sæpius intereunt, & breve tempus habent.
 Flosculus innumeris est casibus atq; periclis
 Expositus, totâ concurrit urgâ die.
 Casibus est hominum subiecta miserrima vita,
 Sæpius hæc una statq; ceditq; die.
 Flos & homo inter se velut equiparantur in ortu:
 Conveniunt obitu sic & utcrq; simul.
 Flosculus in prima, aut cum vix enascitur, herba,
 Falce vel in pleno flore resectus obit;
 Serius aut paulò, quod sâpè videamus, in anni
 Dimidio excussis interit ille comis.
 Concidit aut primis homo iam generatus in annis,
 Dimidium ad vitâ vel venit usq; suâ.
 Corporis absumpsis vel tandem viribus intrat
 Hoc in mortalem nudus ab orbe viam.
 Attamen hoc distat, quod cum flos transit, eundem
 Credibile est nulla posse redire die.

Corpus

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Corpus ai humanum semel hac à luce vocatum,
Quod fuit, à gelidâ morte resurgit idem.
Flos una mecum FRATER, radice renate,
Et multum patrio semper amate solo,
An citò te nimium immaturâ morte peremptum
Deplorem, placide vel tua fata feram?
Humanam m'diter si mecum in pectore sortem,
Inq. genus nostrum iura tremenda Dei;
Voce tuam vercor dira perstringere mortem,
In sacra ne praeceps numina censor eam,
Namj hominem statuere neci succumbere: tanquam
Floribus est homini morte perire datum,
Vincula si intuear quis nos natura ligavit,
Lumina stani tepido fusa liquore mea.
Sic etenim secum, sic fert natura, trahatur
Ne facile à socia res animata domo.
Conqueror hinc igitur, FRATER, te stirpe revulsum
Abita continuo, FRATER, & ante diem,
Ante diem nimium chare es mihi FRATER ademus.
Qui mihi debebas vivere in orbe diu.
Arbor eras patrio iam stemmate grandior orta,
FRATER ego sub qua sorculus almus eram,
Spes aliquando tua mihi erat rata frondis in umbra,
Altius ad instos usq. venire modos.
Nunc cadis ipse vclut decisus ab arbore truncus,
Spes umbra memet deserit atq. tua.
Surculus effetto iam solus adh.ereo stirpi,
Quem mihi sancta diu fata tenere velint.
Sed quia dispositus secum divina voluntas,
Ut quoq. ceu reliqui tu morereris homo;
Vocibus ulterius maxes Ego tristibus ima
Mole sub hac tumuli haud sollicitabo tuos.

Mens tua, quò posita est, cælo requiescat in alto,
Mortua sub terris & tua membra cubent,
Donec ad Extremum, quo corpora cuncta resurgent,
Buccina Iudicium quemq; venire monet.

Faciebat F R A T E R moestissimus

Iohannes Fridericus Stromerus.

III.

H Acego conclusa M I C H A E L S T R O M E R V S in urna
Oculor, antiquis progeneratis avis.
Ex alijs cumulum laudum cognoscere mearum,
Non me, quem erat cuncta, referre decet.
D O C T O R eram bifidi iuris, S o p h i a q; M A G I S T E R
Ante meum corpus quam tezeretur humo.
Purpureum capit is tribuit mihi L I P S I A tegmen,
Atq; mihi rutilum mox B A S I L AE a dedit.
Curia caussarum me fecit summa Patronum,
Tirygetum populus quas agitabat inops.
Quo candore meos protexi & amore clientes,
Iudicij referet docta corona patrum.
Qua pietate fui, quibus & virtutibus auctus,
Qui sacra pertractant, quiq; prophana roga.
Lenta mihi vitam tabes subtraxit, & ossa
Clausit in hoc tumulo, sic moderante D E O.
Spiritus aetherias abiit transmissus in oras,
Vnde suum repetet quod posuit solium.
Quid, genitor fratresq; mei, mea funera fletis,
Nec mihi nec vobis proderit iste dolor.
Dicite amicorum nimura qui sat a doletis,
Vnquam quem lacryma restituere graves?

Et

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

Et quamvis gelida de morte redire daretur,
Inde tamen vellem non revocare gradum.
Vita prior curis animam exagitavit, & artus
Corporis eruminis exposuit varijs:
Iam sedet in cœlo mens cunctis libera curis,
Corpo & à vacuo iam dolor omnis abest.
Discite Mortales humanos discite casus,
Inq. D EO vera cum pietate mori.
Iohannes Ernestus Ziglerus, avunculo suo
defuncto animo mœstissimo medita.

IV.

Non equidem vita nobis, sine numine Divum,
Fata reor cupidâ filia secare manu:
Sed tamen indigna qui te putat esse peremptum
Morte, nihil pietas quod vetet, ille putat:
O S T R O M E R E tuis toties plorandus amicis
Quot guttis viæ rorat Aprilis aqua.
Vix media spaciun vita, medijs vigoris
Attigeras, cum te mors inopina rapit.
Ac vélut impresso florem succidit aratro,
Heu nihil invito posse manere Deo.
Ingenij præstantis eras, cui summa voluptas
Illuziem terra linquere summus amor.
Te pietas virtusq; tulit super atberis oras,
Et superos inter fecit habere locum.
Stelligeras Sophia te mens bona vexit ad arces,
Imposuitq; tuis laurea fæsta comis.
Te Iovis ad magni solium Themis aurea sistens,
Muricis egregium cinctit honore caput.
Te pavidusq; cliens, Te patria tota poposcit
Consilium: Lites solvere doctus eras.

Dolus



Doctus eras aquum dare preferre rigori,
Et miserae tenues spernere plebis opes.
Te virtute parens meritissimam verendum & annis
Invitata posuit triste cadaver humo.
Libavitque pias lachrymas, patriumque dolorem
Sic dedit ille, suum quod dare munus erat.
Quid planctus memorem? quibus heu letissima coniunx
Quae tibi tantillo tempore iuncta fuit.
Iam viduas inter suspiria personat aedes,
Desidet in vacui limine solatori,
Lugubresque velut turtur sine fine querelas
Integrat, in luctus itaque reditque novos.
Quid? quod nulla tibi soboles ST ROMERE, tenello
Quae referat blandum suaviter ore patrem,
Et maxsum soletur avum, lachrymasque renidens
Abstergat nivea matris ab ore manu.
Scilicet indignam, faciunt hæc omnia, mortem
Ut ST ROMERE tuam vel bonus esse ferat.
Interea nostris haude est indigna piaclis,
Pro meritis capimus debita quisque suis.
Et quia non puduit diu rescidere leges:
Pendere nec paenas sit grave: nempe mori.
At tua mors placido coram preciosa Tonante
Nil nisi somnus erit, nil nisi grata quies.
Et sperata diu variorum pausa malorum,
Ac velut effracti ianua prima Poli.
Hic veroe pietatis honos, quæ funere Christi
Fulta per invictam tendit ad astra fidem.
Apprenditque Dei, sed non sine fænore, Gnatum
Crimina qui lavit sanguine nostra suo.
Qui moriens mortis stimulosque, citasque sagittas
Fregit, & infernas dispoliavit opes.


Et

❧❧❧❧❧❧❧

Et stygia eliciens penetrabile virus Echidnae
Victrici posuit fixa trophya manu.
Hic unus STROMERE tibi sola voluptas
Vivere dum licuit, dum morereris, erat.
Christus, ais, peccata lubens mea sustulit, idem
In se lueticum transfusit illud onus:
Ac pedibus subiecta suis contrivit, & una
Tradidit in certis cuncta ferenda Notis.
Nunc igitur super astra, super sacra limina cœli
Aspectu frueris liberiore Dei.
Sub pedibusq; vides radiantia sidera, soles
Flammigeram, luna noctivagæ, globum,
Et vanas hominum curas, vanosq; labores
Tutus ab excelsi despiciis axe poli.
At nos interea per tot discrimina rerum,
Per mare, per terras triste tenemus iter.
Et procul extores patrijs erramus ab oris,
Villa nec est dura mors nisi meta vie.
Hac supera STROMERE tibi nos iunget in aula,
Læticia reddet participesq; tuae.
Et veteres sine labe tamen, revocabit amores,
Nec tam lata dies tam procul esse potest.
O nimium felix, quisquis pietate Magistrâ
Vivere condidicit, condidicitq; mori.

M. VVolfgangus Heider
Ethic. & Logic. Profess.





V.

MICHAELVS STROMERVS

PHILOSOPHIAE ET IURIS VTRIVS-

QUE DOCTOR.

Araeapuamatiois.

*SALVS CHRISTO VICTORI; HAVD
QVE O PERIRE: TV, SI MORTIS
MEMOR, SOPHVS.*

*C*vnta salus Christo Victori, mortis abundē
Commemorisse meae qui dedit arg. sue.
Morte recessendum mihi novi aliquando caduco
Ex mundo: labi pēna eadīta fuit:
Morte sed invicti, gentis quoq. funera noram
Humana in somnium nra versa, Ducas.
Hinc mibi vita fuit mors, mors mihi vita facta est;
Hinc obitā haud unquam morte perire queo.
Tu, qui busta vides isthac, si Mortis utriusq.
Es memor, es felix undig. satg. Sophus.

Observantia & τα λατοφιλίας ēvexa
à M. Nicol. Rhostio Ecclesiae
Genensis Diacono.

VI.

O lucunda mei lux pectoris, hei mihi quantum
Pr̄sidium vita mors inimica rapit:
Dum mihi iam subito Te non virtutis egentem
Suavibus ex ulnis abstulit atra dies.
Si quis dixisset; vivendo fata mariti
Me superaturant: non ego crediderim.
O utinam non Te, sed Me, charissime Doctor,
Hæc iam funeris pompa tulisset humi:

Ab

Ab animam cordis fervore coacta dedisse,
Si modo servasset Te pia fata diu.
Magdala parce tuam fletu quassare iuuentam,
In DOMINVM curas coniye quesotuas.
Nil iuvat, ut guttis humectes grandibus ora,
Et trepidâ fædes pectora mœsta manu.
Nam semel in patulo cunctis mortalibus orbe
Est faciendum atra flebile mortis iter.
Nec vis, nec facies, nec opes, nec docta iuuentus
Sortis ab extremâ conditione vacant.
Nerea non facies potuit nec robur Achillem
Prestantem rigidâ solvere lege necis.
Magdala parce tuam fletu quassare iuuentam
In DOMINVM curas coniye quesotuas.
Quod superest: Salve eternum, mihi Magdala chara,
Aeternumq; vale. Cætera fata dabunt.
M. Immanuel Hasius Aumentis, scholæ
Ienenfis Moderator.

VII.

STROMERVM in viridi mors invida sustulit ævo
MICHAEL EM& studij divite messe sui:
Tum quia stemma patris, quo Lipsia nobilis, & quo
Surbachium, & tumidis Sala superbit aquis,
Longævum & crudæ se ludere sape senecta,
Et, cesset, tandem vix sua iura sequi:
Tum quia non ullo moriturum tempore norat,
Sic docto senium caniciem vè daret.
Falsa tamen quævis ratione improvida: Nam qui
Antea, ut ut vegetus, mortis alumnus erat.
Nunc immortalis super æthera vivit, & inter
Illibata alias integritate viget:

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Aeternum moriens post funera nomen in orbe
Et linquens studij parta trophae suis.
O felix tali sua tempora sine coronans,
O verè enervis plumbea tela necis.

M. Mauricius Schroter.

VIII.

Dialogus Vxorū & Mariti mōrientis.

VX. Ah anime pars magna mea & cur linquere vitam,
Mēg, pars miseram! nimium citò mortis acerba
Heu meditaris iter! me, me, servare memento.

M.A. O ne tristerneris thalami dulcissima nostri
Consors, pro libitu si me traducere ritam
Fons vita sineret, cani prius ipse parentis
Atq; tuo tumulo feralia munera ferrem,
Quām fuderet mortis tristes mea & vita sub umbras.
Fata obstant, me fata vocant, pater optimus orbem
Linquere iam poscit: Patris est facienda voluntas,
Non lugenda: tuis quare desile querelis.

VX. Me miseram, cui me coniunx dulcissime linquis?
Iam tibi parta quies: labor, & plenissima luctu
At me vita manent. Quis me solabitur orbam
Coniuge dilecto? quis erit tutamen in arctis
Rebus? Si qua mihi de te susceptra fuisset
Ante necem faboles, si quis Stromerulus ore
Te referens parvus gremio mihi luderet arcto!
Non equidem omnino misera & deserta viderer.

M. Vanatum pectus percellit cura, genasq;
Humeant vanæ lachrymae: ne gentibus esto
Assimilis, cura qua nescia turba paterna
Supremi patris, Curâ moderabitur aqua

Hicce

Hicce tuam vitam, nullo te tempore clemens
Deseret: huic fidis toto modo pectora tota:
Quodq; ipsi placuit, placeat tibi, prole careres
Iam voluit, Sobolis defectum mente quieta
Suffer: fors quondam multa te prole beabit,
Dixit. & athereas placide migravit ad arces
Spiritus, & liquit cupientem verba referre
In multo luctu, lachrymosa & voce maritam.
Christe necis vitaq; Deus, da vivere vitam,
Aeterna cuius finis sit ianua vita.

In clarissimorum & honorandorum pro-
pinquorum benevolentiam F.

M. Johannes Gottuualt
Salvendensis.

IX.

SAXONIAM egregio quod nunc Deus ipse flagello
Corripit, augurio non caret omne suo.
Exiit hinc Princeps, hinc exiit, exire vere
Reusnerus, simulac Consus ut ergo solo.
Hos nunc insequitur, mortalia cetera spernens
Excellens iuris Consus in arte, gradu
Non equidem absimili, sed nostras iugiter oras
Tristitia replete, funere funereo.
Ergo quis in plantis miseris non ora resolvat,
Cui non heu tristes excutiat lacrymas.
Scilicet hic finis tandem est & meta flagelli
Divini, ut careat talibus ora viris.
Impete turbarum quoq; cuncta ferantur anili,
Ac deflorescat iustitia vigor hic.
O Michaël vir clare fori, decus omne parentis
Iam senio pressi, cur ita raptus abis?

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Cur adeò tristes tentas inferre querelas,
Saxoniae illustris magna theatra soli.
Scilicet illa fuit, regeris, divina voluntas,
Hoc placitum aeternum est omnipotentis Heri.
Quid nobis tandem faciendum queso? feramus,
Quodcunq; imposuit ter quog; sanctus onus.
Atq; p̄s gelidi comitemur viscera votis,
Cetera ne lapsu fors graviore ruant.
Aedes purgemus nostras quia cælicus hospes
Fortè subintrabit: hac morientis erant.
Quò fiet, sacram cunctorum crimine cassum
Ex nobis etiam floreat imperium,
Restaurante Deo, cum molliter ossa levabit,
Cælicaq; instanter regna subire sinet:
Quod precor, Interea tutu Senior respira
Alachrymis, MICHAEL nam modò salvus agit.
Testandæ mœstitiae piæ ergò f.

M. Hippolytus Hubmeier
P. L. Cæl.

X.

Siccine mortalem nullo discrimine gentem
Abripis infidâ, Parca maligna, manu?
Nondum in se redijt revolutis orbibus annus,
Cum caderet nostræ prima columna Scholæ.
Vidimus huic simili quog; nuper strage perentum
Ordinis urbani non sine laude virum.
Pulpita mox audes intrare forensia, & inde
Ut lubet, arbitrio tollere quemq; tuo.
Falce MICHAELEM secuisti namq; STROMERVM,
DOCTOREM bifiidi iuris in arte gravem.

Ante



Ante dies etiam rapuisti; ferre petenti
Consilio & rebus qui potuisset opem.
Parcite Parcarum, genus implacabile, turba,
Parcite sic nostrum dilacerare genus.
Millia quot vobis in terris corpora subsunt,
Pondera quo^t tantum sunt inimica soli.
Cur non, ultrices, mox pollice carpitis illa,
Atq^{ue} datis reliquis hic superesse diu?
Quanquam ego lanificas ulli vix credo puellas
Arbitrio vitam demere posse suam.
Est alius metas homini qui ponit & aufert,
Scilicet aetherea qui sedet arce Deus.
Hic illi tribuit vita spiracula, rursus
Idem corporibus detrahit illa Deus.
Luce nec hac ipsa casu rapiuntur inani
Cælitum quorum spiritus astra petit.
Panam etenim terris Deus immissurus acerbam,
Quos amat antè diem præripuisse solet.
Sic quoq^{ue}, te caelo præmissum credimus, orbis
Lumina conspicerent ne tua damna malis.
En iam civilis discordia gliscit, & astra
Heu nimium nobis nuncia dira ferunt.
Vix aberit nostros quin pœna gravissima fines
Verberet, impedianc nⁱ pia vota scenum.
Annè igitur lachrymis, te talifunere raptum,
An potius lateo prosequar ore meo?
Metam, quam, Dominus vita, prefixit, ademit,
Te eripuit curis innumevisq^{ue} malis.
Intulit aethereis animam quia sedibus equus
Arbiter, implendo qua pia fata decent.
Exuvias autem nobis sub sidere liquit,
More quibus solito solvimus exequias.

Ergo



Ergò tuum gelidà corpus requiescat in urnā,

Cælestes teneat mens requieta domos,

Doneo ad extremam finiti temporis horam

Pristina suscipiat pristina membra solo.

Interea meritos ad busta feremus honores

Hec tua, ceu pietas, ceu iubet ipse Deus.

Faciebat Salomon Cruelius.

XI.

Hoc quoq; restabat serā veniente senectā

Cladibus ut Fortis obruerēris Herē;

VI MAGNAE MATRI, tabenti languida morbo,

Spectares Natum reddere membrataum.

Quam varijs homines vexamur in orbe periclis!

Vita quid? est crebris cymbula quassa Notis.

Cum rabiem credis tumide procul esse procellae,

Cum flabrum venti molle favere; iaces.

Vix animam servare queas bcnē cautus in undis.

Portum queris? cho? Sistito; portus abest.

Sospes ut evites pelagi fluctusq; minasq;

Num minus affigit te truculenta Phalanx?

Illa Phalanx (sileo Sathanam, sileog; Tyrannos,

Sanguine progenitos commaculare manus)

Nequiter invadens Corpus, Natura repugnax,

Lubricitas fidei perniciosa tue.

Anceps Spes, mentis Versura, suimet inanis

Ardor, Amicitia nobilis acre gelu.

Pigrities propria, latitans in corde, salutis,


Cultio vanorum prodigiosa Deum.

Quis non ingeminet gemitus? quis vocibus astra

Non scriat? quis non proluat imbre genas?

Mecum

Mecum magne, precor, mecum STROMER E gemisce,
Iam tua res agitur, res tua meq; movet.
Me'ne movet solum? non cuncti nempe moventur,
Quae non est circa pectoris ima chalybs.
Quam tua vita fuit multis obnoxia curis,
Ut video, cur a iam neg, finis adest.
Natus ab It, proh! Natus ab It, radiofa Themis
Lux, Aganippe strenuus haustor aquæ.
Sanari nequijt tabes funestior ulla
Arte, Machaonia nil valuere manus.
Nil valuere preces, nil dulcia verba Marite,
Turbantis manibus nocte dieq; comas.
Edita felici sôbole huic si qua fuisset
Omine, terrificum funeris ante diem:
Desineret citius lacrimis urgere sepulcrum,
Nunc spes subsidit vix manet ulla super.
Haud secus arescit viridianibus arbor in hortis,
Quæ specimen fructus non geniale dedit.
Heu dolor! heu! Sed tam validè cur membra fatigo
Planctibus? incassum cur mea verba sero?
Quem semel imposuit iristi vessillo feretro.
Infodiens gelido corpus inane solo
Non (licet exoptes) superas evadit ad auras.
Firmant umbrosos lurida claustra rogos.
Ergo querelarum remove patientior astus,
Vertitur in cinerem quod fuit ante cinis.
Quippe viatoris nos instar in orbe vagamur,
Sueti longinqua tadia ferre via.
Is contra pluvias ceuse, ventosq; tuerit,
Sic nos vitium flebile fortis onus,
Si fieri poterit. Si non, toleremus oportet,
Cum superis squidem belligerare nefas.



Accipienda manent syncero præmia cordi,
Quis dabit et Natum præmia ferre tuum?
Sæpe bonum raptat, longè meliora petentis
Ut duit, eximiā pro bonitate, D E V S.
Mecum magne precor, mecum STROMERE quiesce.
Rara quiescenti damna nocere solent.
Sic animidotes MICHAELIS faustiter aequet
IOHANNES, cuī PAX nomen amica dedit,
Olim totq. suis accedere sentiat annis,
Debita quod Fratri lustra fuere pio.
Non aliena volo. Tu qui ratione gubernas
Perpetuā mundum, Facrata vota sient.

Debita sympathiæ cauſa
Scrib.

Theod. Sitzman
Thuringus.

XII.

Sic, qui labellis purpureis nitet,
Pleno vigoris tempore flosculos
Decerpitur, longo labore
Natus & altus & educatus.
Sic plena missis luxurians agro
Fætis aristis, falciferā manu
Abscinditur, totius anni
Nata, vocata, rigata, labore.
Eheu miselli! Mille laboribus
Frangit iuuentam cultor Apollinis,
Nec ferians tractu dierum,
Nec renuens oleo immoriri;

Tandem

Tandem receptus Pieridum iugis,
Sperans laborum debita præmia,
In flore pleno, messe in ipsa
Decidit, occidit & recedit.
Ah, ne verenda canitie S E N E M
Testem STROMERVM adducere possum,
Qui fata N A T I messe in ipsa
Fat a nimis properata luget.
STROMERE, multis inclute laudibus
Illustre fidus Iuridicæ Scholæ,
Nil obtigit N A T O malorum,
Vivit adhuc, fruiturq; cœlo.
Præmissus ipse est: non obit, ast abit:
Cedunt piorum funera fænori:
Precedit, haudquaquam recedit,
Mortuus is minimè est, sed ortus.

Obseruantia ergo deproperabat
Iohannes Gerhardt
Quedlinburgensis.

F I N I S.



THRENODIA
IN LVCTV
 ET PRÆMATVRVN
 TVM OBITVM CLA
 Consulitissimi Viri D. MICHAELI
 I. V. D. & Iudicij provinciali
 Thuringorum, Advoca
 mi & integerris

*Qui die 5. Aprilis pie plena
 ingens sui desiderium magnifico
 uxori, cognatis & am
 bus reliquit.*

Scriptæ, ut essent hono
 viventibus sola



JENA
Ex Officina Tobiae Stoeber
 Anno M. D. C

